



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput XIV. a Bisuntino Archiepiscopo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

^a Et contra eam testimonium tulerit. ^b Conjunxit simul Alexander, quod ipse inimicus fuerat, & quod contra ipsam testimonium dixerat, nam ex depositione tantum suspectus fiebat, non vero inimicus, ut probat Donel. lib. 15. comment. cap. 2. Mancinus lib. 1. genial. cap. 42. Qui autem

testimonium dixit contra me in causa criminali, iterum quasi inimicus contra me non auditur, ^c L. antepenult. ff. de testibus: quam contra Cuiacum explicat Forner. lib. 2. select. cap. 10.

Commentarium hujus textus dedi supra in cap. cum P.

C A P U T X I V.

^a Bisuntino Archiepiscopo.

Icet in Beato Petro Apostolorum principe ligandi, atque solvendi nobis à Domino sit attributa facultas, quam in subjectos, juxta suorum exigentiam meritorum exercere liberè debeamus; exemplo tamen illius, qui omnes salvat, & neminem vult perire, libentius intendimus ad solvendum, quam ligandum, et si nonnullæ sunt culpa, in quibus est culpa relaxare vindictam. Sanè cùm olim ex litteris B. Decani sancti Stephani, & G. Cantoris, I. T. I. O. & N. Canonorum Ecclesiarum Bisuntinæ ad Apost. Sedi audientiam pervenisset, te varia crimina commisisse, ac ab eis fuisse per easdem litteras super perjurio, crimen simoniae, & incestu delatus, fel. rec. Cœl. Pp. prædec. n. servata judiciariâ gravitate, tibi certum terminum assignavit, quo responsurus objectis, Apostolico te conspectui præsentares. Cùm autem tu juxta tenorem factæ tibi citationis ad Sedem Apostolicam accessisses, te, & dil. fil. I. & O. Archid. apud Sed. Apostolicam constitutis, expectavimus aliquandiu, si qui forsan contra te procederent, & quæ de te litteris intimarant, proponerent inscribendo. Cæterum cùm nec unus appareret, qui te impeteret de prædictis, ne aliquid de contingentibus præmittere videremur, à prædictis I. & O. Archid. in nostra, & fratum nostrorum præsentia constitutis quæsivimus diligenter, si quid super præmissis adversus te pro se vel a liis proponere vellent, & quod scriperant, legitimè demonstrare. Ipsi autem, quod non proposito accusandi hæc scriperant, responderunt; sed quia tu super quibuldam incorrigibilis videbaris, quædam de te Sedi Apost. duxerant intimanda: sed nuntius, qui pro litteris impetrando accessit, mandati formam præsumpsit excedere. Nos igitur famæ tuæ confulere cupientes, dictis Canonis contra te super prædictis silentium duximus imponendum, ne te de cætero his super ipsis accusare licet, vel infamare, illius sequentes exemplum, qui cùm mulieri dixisset: Quis te condemnavit mulier? Et illa: b Nemo Domine. Nec ego, inquit, te condemnabo: vade, jam amplius noli peccare. Quia vero prædicti Canonicæ circa vinculum inscriptionis desistere voluerunt, eis de juris permissione id non duximus imputandum. Ne autem in absolutione tua minus canonice procedere videamur, quamvis potius in odore bona opinionis nostrorum Coëscoporum, quam eorum infamia deletemur, ven. F. n. Cabilon. Episcopo, & dil. fil. d' Abbati de Firmitate inquisitionem famæ tuæ duximus committendam. Datum Ro-

ma, &c. iv. Idus Junii.

N O T A E.

^a Bisuntino.] Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc titul. cap. 1. & in epistolis ipsius Pontificis editis Coloniae, fol. 121. Bisuntium, seu Besantium, vulgo Bezancon, amplissima est urbs Galliae in Comitatu Burgundia, cuius meminerunt Cæsar lib. 1. de bello Gallico, cap. 9. Marcellinus lib. 15. Tacitus lib. 20. annal. quos referunt fratres Sarmath. tom. 1. Gallic Christ folio 118. Aliquando Imperialia iura novit, teste Crantio lib. 13. Saxon. cap. 15. Dicitur & Chrysopolis, effeta Metropolis maxima Sequanorum, que quinta Lugdunensis dicitur, ut probat Idumay in notis ad Innoc. III. epist. 164. De Amadeo ejus Præfule in præsenti agitur. Cùm enim Amadeus delatus esset coram Coelestino III. à Canonicis & Archidia-

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

conis suis de perjurio, simonia, & incestu, in Curia Romana ad diem dictum stetit: sed defuncto Coelestino, nullo accusatore se inscribente Innocentius III. ejus famæ inquisitionem commisit Cablonensi Episcopo & Abbatii defirmitate. Dum pendebat hæc inquisitio, Humbertus, Stephanus, & Petrus Bisuntinæ dicæcisis Amadeum iterum Innocentio deserunt, qui causam commisit Bernardo Gebennenensi Episcopo l. 2. regest. 14. epist. 124. & tandem inquisitione peractâ, purgatio canonica injuncta fuit ipsi Archiepiscopo ab Innocentio III. in epistola missa Episcopo Lingoniensi, & Abbatii Morismundi, lib. 4. regest. 16. epist. 63. in hæc verba: Auditis & intellectis, quæ super inquisitione facta contra venerabilem F. N. Archiepiscopum Bisuntin. fuere proposita coram nobis: quia per depositiones testimoniū constat evidenter, ipsum clericos, cùm eos promovebat ad ordines, fecisse præ-

mittere datâ fide ; quod eum per Sedem Apostoli-
cam , vel per alium super obtinendo beneficio non
vexarent : ut punatur in quo deliquerit , eundem à
collatione ordinum duximus suspendendum , &
quandiu nobis placuerit , volumus manere suspensam .
Interim autem per aliquem de suffraganeis Ecclesie
Bisuntinae , cùm necesse sit postulaverit , clericis Bi-
suntinae Dicētis ordines conferri mandamus . Cate-
rūm quoniam idem Archiepiscopus super virtuosimo-
nia , ac lapsu carnis , nec non venditione justitia di-
gnoscitur infamatus , super iis ei purgationem cum
extia manus Episcoporum sue provinciae , vel etiam
vicinarum , & triam Abbatum Bisuntinae diaœcis
bonæ opinione , & vita , qui de conversatione ejus
cognoverint , indicentes , discretioni vestra per Apost.
scrips. mandamus , quatenus ab eo infra tres menses
prefixos à nobis hujusmodi purgatione receperā , ip-
sum super illis articulis bona relimonii publicè nuncia-
tis . Quod si forte in purgatione defecerit , ipsum
à pastorali regimine amoventes , faciatis Ecclesia
Bisuntina de persona idonea provideri . Vos denique
Frater Episcope , & Fili Abbas , &c. Datum Late-
ran IX. Cal. Iunii , Pont. N. anno XVI. Et cum circa
formam ipsius purgationis Amadeus ad Innocen-
tium III appellasset , eisdem judicibus formam in
purgatione servandam prescrivit in cap. final. de
purgat. canon . An vero in ea defecisset , non con-
stat . Fratres Sarnath . ubi supra , referunt eum
privatum Episcopatu decessisse .

b. *Nemo te condemnavit.*] Verba sunt Christi
Domini apud Joannem cap. 8.

c. *Inscriptionis.*] De qua agemus infra , in
cap. super his .

2. d. *N. Abbatis.*] Odoni videlicet , ut refert
Manriquez to. 1. annal. Cisterc. in serie Abbatum
de Firmit. num. 8. De quo monasterio nonnulla
notavi in cap. ex litteris , de consuet.

COMMENTARIUM.

3. *Conclu-*
satio
&
proba-
tur.

*E*x hoc textu sequens communiter deducitur al-
fertio: Dicensse aliquem accusatum sine pena,
potest desistere ab accusatione ante inscriptionem , &
sic desistens silentium perpetuum imponit.
Priorem partem , videlicet ante inscriptionem
licere accusatori desistere , probant textus in l.
quæstum 5. ff. ad Turpil. l. 17. Cod. ad leg. Inl. de
adult. & argumento legis quamvis II. legis liber-
tus 15. ff. de ius vocando . Secundam partem , tci-
licet desistens ab accusatione imponendum esse
perpetuum silentium , probant textus in l. 2. ff. ad
Turpil. l. 3. ff. de prævaric. l. 2. §. 1. l. si marius 15.
§. si negaverit , ff. ad leg. Inl. de adult. l. accusatio-
nem ; Cod. qui accusare , l. queri 14. §. si vendi-
tor 9. ff. de adulst. edit. Paulus lib. 1. sent. iii. 5. §. 2.
Illustrant Baldus , & Salicet . in dist. l. accusatio-
nem , Padilla in l. transfigere , & num. 91. Tira-
quel de retratt. tit. 1. ad fin. Petrus Greg. lib. 32.
Synag. cap. 22.

4. *Tradi-*
tur du-
bitandi
ratio.

Sed pro dubitandiratione sic argumentor: Ac-
cisor desistens ab accusatione , punitur ex Se-
natustusconsulto Turpiliiano variis penæ , ut sta-
tum dicemus ; & principaliter ex l. 1. vers. Si
quis antem . Quæ extat in cap. ult. vers. si quis 2.
quæst. 3. Sed in præsentis casu jam accusartunt Epis-
copum Bisuntinum de incestu , & simonia , ipse-
que citatus Roman venerat : igitur impunè non
poterant desistere ab accusatione , præcipue
quia per citationem pendet accusatio , seu lis , que
incipit ab ipsa citatione , argumento §. ultimi ,

Instit. de penis , temer. litigant. Clement. 2. illi-
pend. Accedit , quia ratio boni publici , quæ niti-
tur Senatusconsultum , ut statim videbimus , vi-
get etiam in hoc casu cùm primum facta est cita-
tio . Deinde difficilis est secunda pars assertio-
nis , ubi docetur in præsenti specie canonis desistens
tibus ab accusatione impositum fuisse silentium
perpetuum ; nam ubi accusator impunè , licet
que desist ab accusatione , non prohibetur iterum
accusare , si postea penitentia ductus , velit
accusationem repetere , dummodo res integra sit ,
& nulli inferatur præjudicium , l. 3. ad finem ,
vers. Si is cui , ff. de sepulchr. violat. arguento le-
gis mancipiorum 6. ff. de optione legat. Sed in præ-
senti casu canonicos jure , & impunè omisso accu-
sationem , refert Innoc. III. igitur non erat illis si-
lentium imponendum .

Quæ dubitandi ratione non obstante vera est
præsens assertio , cuius decisivam rationem ut
agnoscamus , sciendum est , quod licet nemo ac-
cusationem proponere , & exordi cogatur , im-
mò cuilibet liberum sit reum criminis deferre ,
vel non , l. unic. juncta rubric. Cod. ut nemo ini-
tus accusare , vel agere cogatur ; tamen ubi quis jam
accusavit , & accusationem in judicio legitimè pro-
pouit cum subscriptione , necclesiæ cogitū per-
sequi , nec liberum est ei impunè desistere , l. ab ac-
cusatione 15. l. res q. 22. §. ule. ff. de jure sacerdot. quia
publicè interest accusationem non intermitte , sive
vera sit , ut delicta puniantur , l. sita 52. ff. ad leg.
Aquil. l. congruit , ff. de offic. Praesid. sive falla , ne
calumniatores impunè discedant .

Quare desistens ab accusatione , ceu tergiver-
sator , publico judicio instituto , in rem publicam De dei-
peccat , cuius interest crima publica vera in ju-
dicium delata coerceri , & illorum publicam vindicab-
etam temerè , & sine causa non impediri , l. 3. satione ,
dist. l. congruit , ff. de offic. Praesid. cap. ut fame , de
sent. excus. & insuper ne quis innocens temere
accusat sub fiducia , & spe desistendi postea ad
libitum . Nec novum est eos , qui aliquid incipi-
tere , aut facere non coguntur , postquam co-
perint negotiorum facere , cogi ad illud prosecutum ,
l. 3. §. 1. ff. de arbitr. l. salarium 7. ff. manda-
ti. l. sicut , Cod. de O. & A. cap. licer. de voto . Ergo
qui ab accusatione publici judicii perse , nullâ
præcedente abolitione , omnino desistunt ante-
quam lis finita sit , variis penæ plectuntur , ex
Senatusconsulto Turpiliiano Neronis tempore
celebrato anno Christi 62. urbis 813. ut probat
Pancirola lib. 2. var. cap. 136. In primis puniuntur
extraordinariè penæ quinque librarium auri
fisco applicanda , l. 3. ff. de prævaricat. Deinde re-
pelluntur omnino ab hujusmodi accusatione ,
ita ut licet velint eam persequi , non audiuntur ,
l. 2. & 3. ad Turpil. l. 3. & 4. Cod. cod. titul. Infu-
per infamiam incurvant , l. spuriis 6. §. qui iudicavit ,
ff. de accusat. l. 2. in fin. Cod. ad Turpil. & in ex-
pensis , & damnis puniuntur , l. 3. Cod. qui ac-
cusare , l. absentem 5. vers. In accusatore , ff. de
penis . Consonant lxx 7. tit. 1. part. 7. docet Di-
vus Thomas 2. 2. queſt. 68. art. 3. in corpore , & ad
3. Sotus lib. 5. de iustit. queſt. 5. art. 3. Bonifac. de
maleſic. titul. de pena desistentis , Dnarenius ad
titul. ff. ad Turpil. ad quam Turpiliiani par-
tem spectant textus in l. tutorem 22. §. 1. ff. da-
bis que ut indign. l. miles ii. §. 3. ff. ad leg.
Inl. de adult. l. iure 6. l. crimen 1. l. abolitionem 16. C.
cod. tit. l. 14. §. 2. ff. de bonis libert. l. vel iudicio 20.
l. qui ergo , §. penalt. ff. de his qui notant infam. jun-
ctio

Tit. I. De accusationibus.

31

Et Donello lib. 18. comment. cap. 18. vers. Non dum: & l. res 22. cum sequent. ff. de iur. dor. l. 8. Cod. de his quae ut indign. l. si quis 7. §. 1. ad Turpil. junctis Salmatio ad ius Atticum c. 10. Marcelo Donat. in notis ad Lamprid. Id est licet reus possit transigere de delicto à se commissio omni tempore, l. transfugere. C. de transact. tamen auctoritatum ante propositam accusationem id licet ut docet Anton. Matthaeus de crim. ad lib. 48. Pandect. tit. 19. c. 7. num. 6. Excipiatur tamen a ris poenitencia, & minor. l. 1. §. accusationem 10. ff. ad Turpil. nam mulier si deferat accusationem, ad quam nimis fervore presentis, excusat, quia dum suorum injuriam profecur, ignoscendum est illius dolori, ad quem sexus ratione facilius movetur, nisi pacto, aut pretio accepto desistat, l. 5. ff. cod. tit. item excusantur illi, qui dolii prostis expertes soli juris, att causas necessitate circumventi accusatio- nis peragendae animum abiciunt, vel deponunt; & illi, quos sine ulla calumnia suspicione justus dolor creditus, aut falsa opinio in accusationem induxit.

Abolitione facta licet accusatorem accusatio- nem deferere supra dixi. Est autem abolitio, finis accusationis, quā reus a seorum numero eximi- tur, & aboleatur accusationis memoria. l. s. interve- niente 12. ff. ad Turpil. Ea triplici modo contingit, licet duplum tantum agnoscat Cuiacius ad Pan- lum lib. 5. sent. tit. 17. & ad iur. C. de abolit. Prima publica, cum statutis temporibus feriarum, vel ob celebritatem Paschalem, vel extra ordinem, ob diem insignem, publicamē letitiam, reorum nomina abolerentur, & ipsi è carcerebus in lucem prodeunt, l. 3. C. de Episc. audient. l. 8. 9. & 12. ff. ad Turpil. l. 1. & 3. C. de gener. abolit. l. final. C. Theodos. de indul. crimin. ibi: Liberata Republica tyrranidis injuria omnium reos relaxare princi- pius. Plura de hac abolitione concessit Alteferra de Dicibus lib. 1. c. 6. Secundū privatum abolitio con- tingit, cūm accusator à Judice impetrat accusatio- nis omitenda licentiam ex iusta, & probabili cau- sa, veluti propter errorem, militiam, cognitionem, & similes, l. 10. ff. ad Turpil. l. 2. Cod. de abolit. l. abdicationem 16. l. quamvis 30. ff. ad leg. Isl. de adalit. l. Senatus 15. ff. de iur. ff. Tertia abolitio contingit cūm accusatore mortuo, aut justā cau- sā impedito, quo minus prosequi possit accusatio- nem, reus petit nomen ejus aboleri. Planè aboli- tionis hujusmodi, licet in aliquibus convenient, in aliis tamen differunt valde. Conveniunt quidem in eo, quod quacunque ex eis sufficit, ut accusa- tor impunē defistere possit ab accusatione. l. 1. §. si quis autem, l. s. interventiente, ff. ad Turpil. l. 1. juncta Glossa l. C. cod. tit. in eo etiam conveniunt, tam prima, quam secunda abolitio, quod utraque locum habet cum leviora crimina objecta sunt. Graviorum vero criminum reis abolitio non pro- dicit, l. Domitianus 16. cum lege sequenti, ff. ad Tur- pil. l. ultim. C. de abolit. l. 3. C. de Episc. and. l. penult. Cod. de calum. l. 29. tit. 1. part. 7. quia in his gravioribus delictis, si abolitio concederetur, potius contaminari gaudium, letitiaque publica, quam ostendit videretur, ut aiunt Imperatores in l. 4. C. Theodos. de indulg. crimin. quæ extat in dict. l. 3. C. de Episcop. and. & apud Jacob. Sirmundum in append. C. Theodos. ibi: Quis enim sacrilego diebus feriatis indulget? quis stupri, incestive reo tempr. e castitatis ignoscat? quis non raptorem virginis in lumma quiete, communique gaudio non prosequa- tarinstantius? Nullam sententiam vinculum requiem

ij. qui quiescere defunctos quadam sceleris immani- tate finunt. Nec obstat lex i. C. de general. abolit. ubi ad vim illatam abolitio quoque produci videtur. Nam accipienda est de vileviori, non publica, & gravi. Differunt tamen in eo præsentim, quod prima abolitio non nisi à Principe, vel Magistra- tu ejusdem auctoritatē habente conceditur, l. 2. ibi: Indulgentia nostra, C. de gener. abolit. l. interve- niente 12. ff. ad Turpil. Secunda verò à Præside seu Judice competente, apud quem agitur ex iusta causa, & de qua cognitio præcedere debet, d. l. 1. vers. Abolitio: licet Plinius lib. 7. epist. 6. & 10. hanc rem Cæsar's cognitioni reservatam memo- ret. Differunt dēmē in eo, quod prima regula, riter non est ita perpetua, quin post triginta dies utiles finitis feriis, non solum alius, verum & ipse non possit repeterre accusationem, l. si quis 7. & 12. ff. ad Turpil. l. 1. C. de gener. abolit. cum post a- lias abolitiones non possit accusator etiam post 30. dies accusationem repeterre, nisi à Principe impetraret, l. 1. C. de abolit. l. 4. ff. ad Turpil. l. 3. C. cod. l. 11. §. ultim. ff. de accusat. Decianus supra, nu- 4. & 38. Cuiac de prescript. & termin. c. 10. Anton. Matthaeus ad tit. de accusat. cap. 6. quamvis alius intrā ejusmodi 30. dies possit eandem repeterre accusationem, dict. l. 3. §. ultim. ff. ad Turpil. dict. l. aut privatim. vers. triginta. Dux regulariter, quia abolitio, quo ab natalem Principis conceditur, perpetua est. Ide qua in l. 1. Cod. Theodos. de indulg. crimin. Corripus Africanus lib. 2. de laudibns iusti- minoris.

— Precibusque dolentum

Annuit, & solvi cunctos à crimine iustit. Et quasi Deus est, cuius verbo comprimit uno Iustificari malos, mediaque à morte levare.

D. Chrysostomus in Mattheum homil. 3. Solent Reges nato sibi filio indulgentiam Regno suo donare. Philippo contra Flaceum, ibi: Bonis, & relictis, non insolenter administrantibus mos est in neminem damnatorum animaduertere, donec solenes celebri- tates nataliae Augustorum festa præterant. Greg. Turon. lib. 6. Histor. Francor. c. 23. ibi: Deinde post multa funera filiorum Chilperico Regi filius nascitur; ex hoc jubet Rex omnes custodias relaxari, vintos absolvit. Apud nos talis abolitio statuta reperitur in l. tit. 32. p. 7. de qua plura Mastrill. de indul. Re- gis Siciliae, Jul. Clarus quest. 59. ubi plura Baiardus, Borel. de prestanti. Reg. cap. 38. num. 85. Plaza de delict. lib. 1. cap. 28. D. Joantes Latrea decis. 25. Granat. Zypeus lib. 2. de iuri. lib. 8.

Deinde sciendum est, valde controversum esse apud Interpretes, quando, seu quo tempore di- catur quis accusasse, seu accusationem instituisse poreli- ad effectum ut impunē eam deserere non possit? Et obtinuit communis sententia, videlicet secū- dum verba & mentem Senatus consulti Turpilianni non licere impunē defistere post litis contestatio- nem, ita ut ante eam etiam libello dato liceat ac- cusatori discedere: quomo dō accipiunt lēgem l. Cod. ad Turpil. ibi: Causa criminis ordinata, lēgem quæsum, ff. cod. titul. Verum hæc sententia susti- neri non potest: cum quia consultus in d. l. quæsum, dum ait eum, de quo. ibi: Senatus consulti verbis non contineri, nunquam sentit de verbis quoad superficiem, sed verbis recte, & juxta pro- prium sensum acceptis; ac proinde juxta mentem, & sententiam legislatoris, juxta textum in l. nomi- nis 6. ff. de V. S. Tum etiam quia Pontifex in pre- senti, nullā facta monitione litis contestationis, aperte docuit Canonicos ante inscriptionem fa-

C 4

Qam

Etiam in ipsa accusatione desistere potuisse. Quare verius est, litis contestationem nullatenus esse necessariam; desiderari tamen libellum solemnum, quo reus criminis in judicium referatur, & contra illum accusatio instituitur, ita quod ante ejusmodi libellum possit, post eundem vero nequeat accusator impunè desistere, ut docerunt Glossa, Cinus, & Salicerus in l. 1. ad Turpil, quæ sententia suadetur ex d. l. quæst. ibi: Si non objecisset, & per argumentum a contrario ex cap. ult. ibi: Inscriptio fecisset, juncta Glossa, 2. qu. 3. l. 1. C. ut intra certum tempus, ibi: Accusator reum in judicium sibi in inscriptione detulerit; & ex praesenti textu, ibi: Cura vinculum accusationis. Nam inscriptio, de qua in his iuribus, fiebat insimul cum libello accusatoris, l. 3. in princip. ff. hoc tit. quæ extat in cap. final. vers. libellorum, 2. quæst. ult. In eo accusator cavebat se perseveratrum in accusacione usque ad sententiam, & talionis poena se subscriberet, aut inscriberet, l. qui crimen 7. in princip. ff. hoc titul. l. 3. C. qui accusare. Dicimus infra in cap. super his. Post hunc ergo libellum, qui inscriptionis dicebatur, dicitur l. 3. hoc titul. non licet desistere ab accusatione; antea vero licet, cum adhuc accusator ad persistendum non se obstringere: & hoc innuitur dum docetur ante inscriptionem posse accusatorem impunè desistere in d. l. Cod. ad Turpil. ibi: Inscriptio depositis, & fidejussore de exercenda lito: & l. 3. C. qui accusare; & in praesenti textu. Et quia in libello continebatur inscriptione hujusmodi ad persistendum, paria sunt dicere accusatorem ante inscriptionem desistere posse, post illam vero non ita; ac dicere, posse, vel non posse eundem desistere ante, vel post libellum accusatorium solemniter editum, quo accusatio instituitur in judicio: ut defendit Abbas in praesenti, num. 6. & ita conciliandi sunt DD. qui assertunt post libellum non posse accusatorem desistere, cum iis, qui docerunt post inscriptionem tantum non posse desistere.

Nec pro communi sententia supra adducta facit textus in d. l. 1. C. ad Turpil. in illis verbis: Causa criminis ordinata. Quæ accipienda sunt, non de ordinatione per litis contestationem, sed per libellum solemniter editum: unum praedicta inscriptione; quia tunc dicitur causa criminis ordinata ex parte accusatoris, dicitur l. 3. ff. hoc titul. l. 3. C. qui accusare: licet ex parte accusati non sit causa ordinata, usque dum illa accusatione respondeat. Idque satis expressit Imperator in d. l. 1. ubi post illa verba, Causa criminis ordinata, te ipsum explicans subdit, id est, in scriptis depositis, & fidejussore de lite prosequenda præfatio. Quæ verba satis ostendunt ordinationem, de qua ibi agitur, non confitentur in contestatione, sed in prescriptione, & aliis de quibus ibi: Quod vero Imperator annexit in illis verbis: Eo qui accusator, sub officio custodia facto, non referunt ad requisita necessaria, ut accusatus impunè possit desistere ab accusatione; sed ad hoc, ut abolitio, de qua statim agitur, impetrari possit per accusatorem absque accusati consensu: etenim ubi accusatus carcere sustinuit, non conceditur abolitioni accusatori eam pertinenti absque ejusdem accusati consensu, l. final. vers. fin. autem, Cod. de abolit. cap. ult. in princip. 2. quæst. 3. Quod si carcere non fuit mancipatus, sed sub officio, id est officialis custodia traditus, ut expavit Cuiac. lib. 8. obser. cap. 10. potest accusator imperare abolitionem ex iusta causa absque consensu accusati intra dies triginta ab eo, quo sic

sub officio custodia est, dicitur l. ultim. Probat fuit Imperator in d. l. 1. in Turpilianum incidere eum, qui crimen publicum derulit, & ordinata causâ, id est in inscriptionibus depositis, & fidejussore de caute prosequenda præfatio, & non imposta abolitione, ubi reus sub Officialis custodia traditus est, accusationem deseruit. Nec etiam faciunt communis sententia textus in d. l. quæst. ff. ad Turpil. l. miles, §. 1. ff. ad leg. l. 1. de adulto, quia in utroque textu, licet accusator libellum obtulerit jactatorum, seu comminatorium futura accusationis, in qua asserit se accusaturum; non tamen accusavit, nec libellum cum inscriptione solenniter propolit, ut colligitur ex d. l. quæst. ibi: Objeteturum minatum est; & ibi, si non objecisset. Quæ verba fatis innuunt, aliquid afflendum esse, si accusator jam objecisset, & accusetur. Similiter constat ex d. l. miles. §. 1. ibi: Accusatum, & testatus fuisse, juncta Glossa verbo Fuisse, dum dicit, ficerum illic non obtulisse libellum, intelligi accusatorium de praesenti, licet jactatorum, seu comminatorium obtulisset. Et cum Consulstus ait, ficerum desistere ab accusatione, accipit Glossa de accusatione comminata in futurum, non vero instituta, aut proposita de praesenti. Glossam sequuntur Dinus, Bartol. & Angel. ibi: Abbas in praesenti, num. 4. Anan. num. 7. Felinus num. 2. juxta quem sensum in d. l. 1. est textus singularis, quo probatur, non solum repelli ab accusatione eos, qui desistunt ab ea, quam de praesenti propositerunt; verum etiam desistentes ab ea, quam comminati sunt in futurum, ut in praesenti textu etiam docet Innocentius. Inde deducitur, ad effectum ut accusator desistens incidat in Turpil, non sufficere quod accusatus sit, qui ante libellum cum subscriptione praedicta, et si citatio præmissa sit, verum est dicere accusatorem desistere ante inscriptionem, & ante libellum solemniter editum, & antequam accusator obstitutus sit prosequi accusationem usque ad finem. Quod & aperte probatur ex praesenti textu in princip. ibi: Citationis: in quibus referuntur, Archiepiscopum post Canonicorum delationem fuisse citatum: & adhuc ait Pontifex, post eam citationem adhuc accusatores posse desistere.

Consequens est alia questio, quand, & quo tempore desistere possit accusator impunè absque poena Turpili in illis criminibus, in quibus attento jure inscriptione locum habet: quos referimus supra in cap. super his. Et videtur, quod in illis possit in quacunque parte litis impunè desistere; quia semper verum est dicere, quod desistit ante inscriptionem. Sed vere dicendum est, in his casibus, in quibus inscriptione non desideratur, desiderari litis contestationem, seu actum proximum litis contestationi. Unde hodie in praxi, cum praedicta inscriptione usu recepta non sit, id est impunè ante litis contestationem desister, ut dicimus in dicto cap. super his.

Tandem sciendum est, accusatore quovis modo desistente ante causæ exitum, sive licite, & immo ab accipiente, veluti ante inscriptionem; sive post illam, custodio interveniente abolitione. sive illicite, ut potest ne silentio post inscriptionem, nullâ abolitione præcedente, tunc causam criminalem non extinguere omnino, nec imponere absolvit à criminis, immo adhuc contraria procedi posse, non solum alio accusante, verum etiam Judge ex officio prosequente, l. 3. §. ult. ubi Bartol. ff. hoc titul. l. penult. ff. de public. judiciis, l. 2. ibi: Sed adversus nocentem, Cod. de abo-

accusa-
tionibus
ubi in-
scripsi-
non re-
quiri-
tur.

10.

De siste-
ti ab ac-
cipiente
custodio
interveniente
abolitione
nullâ abo-
liitione
præcedente
tunc cau-
sam crimi-
nalem non
extinguere
omnino, nec
imponere
absolvit
a criminis,
immò ad-
huc contraria
procedi
posse, non
solum alio
accusante,
verum etiam
Judge ex
officio pro-
sequente,
l. 3. §. ult.
ubi Bartol.
ff. hoc titul.
l. penult.
ff. de public.
judiciis,
l. 2. ibi:
Sed adver-
sus no-
centem,
Cod. de abo-liitione.

Titul. I. de accusationibus.

33

ii. cap. 2. de collus. dreg. & satis expressit Innocentius in præsenti, in fine, dum ne minus canonice procedere videatur, docet, quod licet accusatores desisterent, adhuc inquirendum esse contrâ Archiepiscopum, probarunt Jul. Clarus d. §. ult. quæf. u. num. 9. Padilla in l. transfigere. num. 46. C. de transact. ut autem Judex ex officio procedere posset, accusatore desistente, desideratur ut causa criminalis ejus naturæ sit, ut alias Judex ad ejus inquisitionem procedere possit, alias sicut nec à principio, ita nec desistente accusatore judex inquirere valer.

ii. Tradit. turra. glio deci- dendis.
Quibus ita animadversis appetet vera ratio præsentis decisionis, nam cùm Canonici Bisuntini in ejuus specie adhuc accusationem legitimè cùm inscriptione non proposuissent coram Innocentio III. potuerunt impunè desistere ab Episcopi accusatione absque eo, quod tanquam tergiverfa- tores puniri possent: & quia interrogati à Ponifice, an vellent accusationem proponere, aut ha- berent quid undè conquererentur de predicto Archiepiscopo, responderunt, nec causam habere, nec velle accusationem instituere, ideo illis per- petuum silentium imposuit: sed quia desistente ac- cusatore, aut regulariter abolitione impetrat, crimen non extinguitur, sed tantum accusatum per- rimitur, ideo eti Pontifex perpetuum silentium imponeret Canonicis, ne amplius Archiepisco- sum accusare possent super eisdem criminibus, non propterea ab eisdem delictis ipsum Archiepiscopum absolvit, nec prohibet de his per alios accusare; sicut Dominus noster, cuius exemplum Pontifex adducit, & habetur Ioannis cap. 8. adul- teram absolvit à crimen, vel accusatione, si po- stea legitimè accusaretur, quamvis tunc nullo ex- stente accusatore, aut instituto iudicio merito ab- ire permiserit. Unde illa verba finalia hujus tex- tus, nec tamen in absolutione tua, non sunt intelligenda de absolutione à criminibus, vel simpliciter, & absolute ab accusatione, vel inquisitione super eisdem criminibus, sed tantum de absolu- tione ab accusatione proposita per Canonicos. Il- lud summè notandum est, Innocentium III. non committere inquisitionem contrâ Archiepiscopum Cabilonensis Episcopo, & Abbatu de Firmi- tate super criminibus, ad quam necessariò præ- cedere debet infamia, cap. qualiter 24. in princip. & in fine, ibi: Inquisitionem clamosa insinuatio: hoc titul. sed tantummodo committere inquisitionem super fama Archiepiscopi, ut constat ex illis ver- bis: Inquisitionem famae tuae. Ad hanc enim inqui- sitionem sufficit modica diffamatio, nec desideratur infamia, cùm in ipsa inquisitio fiat ad famam, vel infamiam investigandam; ita quod si infamia appareat, inquisitio fiat super crimine contra in- famatum, juxta textum in dict. cap. qualiter: quem ex hoc textu exponunt, & limitant ibi Immola in fine, Abbas num. 4. Felinus num. 3. vers Opponitur ulterius, Marianus num. 16. Duennas regul. 298. li- mit. 8. Maranta de ordin. judic. cap. 6. num. 26. Jul. Clarus dict. §. ult. quæf. 6. num. 4.

Nec obstat dubitandi ratio suprà adducta, cui ut latisfaciat Aretinus in præsenti, num. 12. afferit Canonicos, de quibus in præsenti, non fuisse ac- cusatores, nec tales ab Innocentio judicari; sed tantummodo denunciatores: & quia inscriptio attento Jure Canonico, locum non haber in de- nunciatione. cap. qualiter 24. ad fin. hoc titul. ver- ba illa hujus textus, circa vinculum inscriptionis, que vulgo exponuntur, id est ante vinculum, ipse

accipit præter, seu extrâ vinculum, quasi hoc casu inscriptioni locus non esset. Verum intellectus hic non solùm repugnat proprietati verborum, verum & menti ipsius Innocentii, qui intendit, & supponit Canonicos fuisse accusatores; salter enim si esent tantum denuntiatores, frustra se excusa- rent; eo quod nuntius mandatum excesserit accu- sando; & frustra Pontifex diceret eosdem deliti- tissime ab accusatione, quod necessariò supponit eos accusare, l. desistisse 10. ff. de judic. l. non po- test 109. de R. l. & aperte refellitur Aretini senten- tia, si feriò perpendatur integra hujus textus in præsenti transcripta. Quare hac omessa solutione dicendum est, accusationem in præsenti casu legi- timè cum inscriptione propositam non fuisse, & ita juxta suprà tradita licet, & impunè potuisse Cano- nicos desistere ab accusatione. Nec interest, quod citatio præcesserit. Unde videtur, Canonicos ac- cusationem deseruisse. Nam responderetur in hac materia non attendi, nec considerari tantummodò quod accusatio pendeat, sed quod instituta sit per libellum in forma juris, cum prædicta inscriptio- ne; & consequenter sicut citatio non requiritur, ita nec sufficit per se, nisi præcedat solemnis in- scriptio. Nec obstat, quod si accusator desistere possit post citationem, jam daretur eidem occasio vexandi adversariorum per citationem; & insuper infamandi eum de crimen. Quia responderent, quod licet si post citationem deuultens non incidat in pœnam Turpilliani, que ante inscriptionem non habet locum; nihilominus in expensis, & damnis ex citatione sequitis condemnatus est, juxta dictam legem 3. C. qui accusare, legem eam quem 79. in princip. ff. de judiciis, cap. calumniam, depensis: docet Glossa 2. in præsenti, verbo Sed vi- detur, Et etiam actione injuriarum conveniri va- let, juxta textum in l. item apud 25. §. ait, vers. Si quis libello, ff. de injuriis. Quod si intes, in præsen- ti casu Canonicos post citationem desistentes nullarenus condemnari, immo Innocentium assé- rere ex juris permissione non esse illis impur- dum, quod desistere voluerint, ut habetur in dict. vers. Quia verò: Respondeat Glossa, Canonicos excusariab ejusmodi condemnatione, quia nuncius ab eis missus crimen deferendo excessit mat- datum, cùm ipsi nunquam accusare intenderent. Quæ Glossæ solutio communiter refellitur ab Ab- bate in presenti num. 5. Anania num. 7. ex quorum mente dicendum est, Canonicos non fuisse con- demnatos in expensis, quia Archiepiscopus ad eo- rum petitionem citatus non fuit; sed tantum à Cœlestino III. Innocentii prædecessore ex officio citatus: quā sententiā admisā, cessat alia difficul- tas, cur videlicet Cœlestinus contrâ legem 2. vers. ex longinquo, Cod. de exhib. reis. Archiepiscopum citaverit antequam accusatores accusationi inscri- berent. Cui difficultati non satisfaciunt Abbas num. 2. Aretinus num. 2. qui afferunt, dictum ver- culum ex longinquo, non servari in Curia Roma- na. Verius dicendum est, textum illum agere de citatione ad instantiam, & petitionem accusato- ris, ut notat Glossa ibi, verbo assensus; non verò de citatione facta officio Judicis. Nec tandem ob- stat textus in Authent. qui semel, Cod. quomodo & quando, ubi post citationem non licet actori desi- stere. Nam responderetur textum illum tantum pro- cedere in causis civilibus, non verò in criminali- bus, ut docuerunt Innocent. & Cardinalis in præ- senti, quos sequitur Anania num. 8. Videndum Do- nel. lib. 22. cap. 5.

Nec

13.
Diffol-
vitur
secunda
difficul-
tas.

Nec obstat secunda difficultas suprà expensa, pro cuius solutione distinguendum est. Aut enim agitur de eo, qui accusare omittit, & non vult accusationem inchoare, qui penitentiâ ductus, re integrâ potest accusare, dicit. l. 3. vers. si is, cujus. Idem dicendum videtur in eo, qui post propositam accusationem, ante inscriptionem licet desistit. Aut agitur de illo, qui post accusationem desistit ex tempore, quo defistere non potest, & tunc in Turpilianum incidens amplius accusare nequit. dicit. l. 2. l. quæstum, in fine, l. abolitionem is. Cod. ad leg. l. u. de adult. Si autem desistat licet, id est post inscriptionem, sed præcedente abolitione publica, vel legali, poterit accusationem repetrere, juxta terminos legis 3. §. ultim. in fine, ff. hoc tit. l. scilicet 7. l. si intervenient, ff. ad Turpil. fecis vero si privata procedat ab olitio, l. malit. §. ult. ubi Glosa, ff. ad Turpil. l. 1. C. de abolit. Ibi autem quis ante inscriptionem licet desistit, & insuper legitimè interrogatus, an velit prosequi accusationem, noluit, vel dixit se ulterius non accusaturum, licet postea etiam re integra accusare velit, non est audiendus. Quo casu procedit hic textus in vers. Nos igitur; siqui-

dem in ejus specie Canonici per Pontificem interrogati responderunt, accusare nolle. Sic etiam procedit textus in dict. l. accusatione, si expendas verba illa: *A qua discedere te professus.* Conformat Regula legis quarti 14. vers. Remittentibus, ff. de adlit. edit. Si planè non excluduntur in praesenti Canonici ab accusatione, nec silentium iisdem perpetuum imponitur ex eo tantum, quod desisterunt; quia cum ante inscriptionem, & per consequens illicet fecerint, nihil erat eis imputandum, ac proinde nec excludendi erant. Arcunt ergo ab accusatione, quia interrogati per Pontificem dixerunt se accusare nolle: in quo sensu Innocentius dum in vers. Nos igitur, eos excludit, non expendit præcipue desistentiam, de qua in vers. sequenti: sed interrogationem, & responsionem eorum; & sic non latius probat textus hic eam conclusionem, ad quam expeditur, & commendatur per Abbatem num. 4. & similiter dum Pontifex in dict. vers. Nos igitur, Canonicos repellit, & perpetuum eisdem silentium imponit, non procedit specialiter in Romano Pontifice, ut existimat Felinus hic.

C A P U T X V.

Idem a Salesburgen. Archiepiscopo.

Veniens ad Apostolicam Sedem Venerabilis f. n. ^b Pragen. ^c Episcopus inter alia proposuit coram nobis, quod cum esset filius ^d Sacerdotis, in Ecclesiam Pragen. fuerat intritus, & contrà ejusdem Ecclesiæ ^e privilegium Imperiali ei liberalitate concessum, & per Sedem Apostolicam confirmatum, homagium dil. f. n. Duci f. Bohemiae præstit, ac regalia ^g recepit ab eo, sic subiiciens Pragen. Ecclesiam servitutis. Et infra: Unde nos prædictum Episcopum ad Festum Resurrectionis Dominicæ proximo præteritum peremptoriè meminimus citavisse. Idem vero Episcopus per nuntios, & litteras ad suam excusationem viarum discrimina, ^h consecrationem chrismatis imminentem, quod Filius Nobilis viri Bohemiae Principis esset per ipsum baptizandustunc temporis allegavit. Licer autem excusationes hujusmodi, sicut erant, frivolas existimantes, ipsum reputaverimus contumacem, nec ⁱ Procuratores ejus in causa possemus recipere crimiaali: eis tamen dil. fil. n. G. Sancti Angeli, & H. Sancti Eustachii Diacon. Card. concessimus auditores, ut si possent, illum aliquatenus excusarent. Cumque prædictus A. coram eis repetiisset objeta, ei fuit ex adverso responsum, quod cum olim super hoc ad Venerab. f. n. Margdeburg. Archiepiscopum literæ fuerint imperatae, idem A. qui contrà Episcopum solus agebat, in objectorum se videns probatio ne deficere, depositis vestibus, & pedibus nudis, ad pedes ejus humiliter se prosternens veniam postulavit, & quod adversus eum calumniosè processerat, est confessus. Ceterum cum super hoc mandato stare ejusdem Archiepiscopi juravisset, ipse præcepit eidem sub debito præstiti juramenti, ut contrà eundem Episcopum de cetero talia proponere non auderet. Nos igitur intellectis per Cardin. eosdem, quæ fuerunt hinc inde proposita, cum Nobis expressius ipsius A. confessione constaret, ipsum juramentum præstissime, ac tale receperisse mandatum, super impetitione dicti Episcopi silentium ei duimus imponendum: propter contumaciam tamen Episcopo citationem, & purgationem propter infamiam indicentes.

N O T A E.

1. ^a Salesburgen.] Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc titul. cap. 2. & præsens Decretalis missa est Adalberto Regi Bohemiae, cuius tempore intrusi fuerunt in eadem Ecclesia Henricus Praepositus, & Conradus 3. ut refert Burchinus tom. 1. Germania, fol. 43. De hac Metropoli nonnulla notayi in cap. 1. de conjug. servor.

^b Pragen.] Pragensis civitas est Regni Bohemiae, in qua primus Boleslaus II. cognomeno Pius, Dux Bohemiae, & Moraviae, facultatem instituens proprium Episcopum à Pontifice Joanne IX. & Othono I. Imperatore impetravit Anno Christi 967. qui Metropolitanu Moguntino subjectus, ab eo consecrationem acciperet, ab